ex quibus declarans quod medicine tam calide quam
frigide non addunt in corpus humanum nisi
diuidatur in partes paruas subtiles;
¶ Capitulum viii reducit nos ad considerandum
si substantia medicine experimentande sit grossa aut
subtilis rara aut spissa et describit scrutationem
earum et inde ostendit quod natura medicine est
eadem apud hominem et apud ignem et quando
non
¶ Capitulum ix quod aqua est subtiliatium partium
non calefaciens corpus contraria igni et
quod qualitas medicine per extimacionem ex similitu-
dine eius ad ignem non tamen est semper
eadem similitudo medicine apud ignem que
apud nos ut patet in oleo et quod oleum sic
mixtum sine partium resolutione tardius
et quod non esse cito inflammabile apud ignem
est calidum apud nos et tamen duplex calidum
in actu sit et duplex in potentia non est
semper indicandum de calido in potentia
penes similitudinem eius ad ignem
¶ Capitulum x docet ex qualitate congelationis
et conglutinatione medicine arguere si
eius frigiditate consideratione habita ad grossi-
ciem et subtilitatem et duriciem substancie et
quod dispositio rei ad infrigidari non est
eadem omnino dispositione ad congelari
et quod iudicium de complexione medicine per
similitudinem ad ignem non est certum et de
regulis falsis quas quidam ad nostrum
medicinas exhibuerunt;
¶ Capitulum xi tangit opiniones circa complexionem
aceti et reprobat illos qui posuerunt
acetum calidum in summo
¶ Capitulum xii docet experimentari complexionem
aceti per comparationem eius ad corpus temperatum
lapsa et egra;
¶ Capitulum xiii tangit motiua ponentium
acetum vehementer calidum et narrat
et reprobat opinionem ponentium ipsum
valde frigidum et tangit causam hesita-
tionis antiquorum in complexione aceti cuius
dispositio similis est eius quod in oleo rosarum
¶ Capitulum xiiii quod quibusdam modis acetum
et oleum rosarum non sunt calida neque
frigida et quibusdam modis sunt calida et
frigida Et ipsa non esse neque calida neque frigida
potest intelligi tripliciter Primo modo quia
coniunt in calido et frigido Secundo quia
non coniunt alicui extremorum Tercio quia
quamquam sunt in hoc extremo quamquam in illo Et
primo modo dicuntur non esse calida neque
frigida Et secundo modo apparet dici posset
licet non determinatiue Verum tamen est
aliter sunt radicem magis sensualem super
inquisitionem complexionis aceti super qua
radice sermo continet plurimum

¶ Capitulum xv quod acetum est subtilis et ignis flam-
ma sed non ignis carbo et quod non omne sub-
tile est ignis neque omnis ignis subtilis neque
non omne subtile est calidum neque omne calidum
subtile et quod non omne mordax est subtile
sed contra argumentum posset hoc adiuuari et
ideo non omne si acetum sit mordax quod sit ca-
lidum et dat causam quare vites aceto
sentiunt ex eo tactum alicuius caliditatis
¶ Capitulum xvi quod inquisitiones naturales in ho-
mine dubiis sunt a medicis vitande et
plana via tenenda et quod in medicinis
extreme caliditatis uel frigiditatis non hesitatur
de complexione earum sed in mediis inter
has et quod multe rerum calidarum sint grosse
et multe frigidarum subtiles et quod acetum est
subtile frigidum et siccum et quod opus est
medico scire gradus medicinarum;
¶ Capitulum xvii de reprehensione hiriadis
medici et quorundam antiquorum scrutantium
virtutes simplicium medicinarum per
virtutes compositarum cum potius
econtra facere debeant;
¶ Capitulum xviii refert casum de quibusdam
extollentibus medicinam quandam podagricam
que cum applicaretur cuidam regi tunc
podagrico vehementer nocuit et cor-
ripit quosdam antiquos insolenter recipi-
endo medicinas compositas qualescumque
relinquendo inquisitionem de simplicibus
insistendo per viam compositarum et in negando
que sensui apparet;
¶ Capitulum xix ex rebus propinquis hiis que
sensui percipiuntur ostendit acetum esse
frigidum quia cum aqua bibitum in-
frigidat et sedat sitim Et contra id
obiicit et soluit obiectionem et tangit casus
in quibus acetum tollit sitim et casus in
quibus auget;
¶ Capitulum xx quod sicut rotatio (?) le(?) aliqua
a sensu in aliqua medicina experienda non
est secura ab errore sic medicina cuius
experientia queritur non debet commisceri
sed esse simplex et si alteri commisceatur illud
debet esse temperatum sicut est cerotum simplex;
¶ Capitulum xxi corripit quosdam de non recta
compositione rerum ignotarum et de prin-
cipiis male collectionis ex inductione
et in hoc maxime quod contradicit sensui;
¶ Capitulum xxii corripit abenditam (?) et ascle-
piadem qui negantes uel contempnentes ea que
sensui apparent falsis innituntur rationibus
¶ Capitulum xxiii quod quamquam sensus habet proprium
obiectum et qui querit experimentum propria sen-
sata sine suis sensibus insaniens est et de
coloribus et speciebus saporum secundum platonem
¶ Capitulum xxiiii de erroribus quorundam circa